

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Udrag fra In Urania elegia autoris

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 70. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho01tom-shoot-idm139955779366944/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

*Difimiles hominum curas, similesque Deorum,  
 Et sua quo terris Mens relegetur, habet.  
 Promisumque studet prius hic cognoscere cælum,  
 Nec nouus ignotas hospes adire domos.* 5  
*Sive agat in terris, illum delectat Olympus,  
 Dum vitae in fragili corpore gestat onus:  
 Sive agat in cælis, illum delectat Olympus,  
 Cum datur æterna conditione fruſ.*  
*Felix in terris igitur, super æthera felix,  
 Æthera quem terris præponuisse, iuuat.  
 At quisquis pecudum similis, cœlestia temnit,  
 Viuit, & est vite nescius ipſe ſuæ: ||*  
*Tantum etenim terrena sapit, mortalia tantum,  
 Et, quæ cœca potest Talpa videre, videt.* L.5.  
*Sed pauci, heu nimium pauci, quibus almus Apollo  
 Hoc dedit, ut videant id quod Olympus habet.  
 Namque opus est illos, spretis mortalibus actis,  
 Altius ad Superos exeruiſe caput.  
 Hos non blanda Venus, stolidi non pocula Bacchi  
 Decipiunt, nec opes, nec fugitiuſus honos:* 20  
*Sed præclara magis, magis his illustria ſpectant,  
 In quibus & superis est ſua cura Deis:  
 Vincere ſublimi, ſublimia fidera, Mente,  
 Ætheraque Ingenio ſupponuſe ſuo.*

IN